Edición de Núremberg, A. Koberger, 1496.

# Sermones quadrageſi males Theſauri noui

Ra/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

factio valet ad dimiſſionē culpe ⁊ ad cumulū glo-
rie. De qua dicit Luce. vj. Menſurā bonam ⁊ con
fertam ⁊ coagitatam ⁊ ſupefffluentem dabunt in ſi
num veſtrū. ¶ Dixi ſcdo tangit exceſſus legis vi-
tuperalis: dicēs. Scriptum eſt eñ. q̄ domus mea
domus orōnis vocabit. vos aūt feciſtis in illā ſpe-
luncam latronū. Hoc ſcribit Iſa. lvj. ¶ Notandū
eſt aūt xp̄s poſtq̄ intrauit templū omnes venden
tes ⁊ emētes de templo eiecit. Sacerdotes eñ ꝓ-
pter auariciam ordinauerūt vt in templo oues et
boues ⁊ columbe venderent. ne aliqui ex defectu
hoſtie ſacrificia ꝑtermittere cogerēt. Et forte ſi ali
qui pecuniā ad emendū non haberent ſtatuerunt
ibi campſores qui ſub cautione tradebent eis pe-
cuniam. qd̄ ſic intelligit. Chriſtus facto flagello d̄
funiculis omnes iſtos eiecit. Et ſicut dicit Hiero.
Inter cetera miracula q̄ fecit xp̄s illud fuit potiſ-
ſimū q̄. ſ. vnus homo paup cum poteſtate venden
tes ⁊ emētes eiecit. menſas numulariorū ⁊ cathe-
dras vendentiū columbas euertit. Sed mirum vi
det quō iudei iſta fieri ſuſtinuerunt. Ad hoc dicit
Hiero. q̄ de facie xp̄i fulgur quidā mirabilis pro
cedebat: qui oēs ad terrorē cōuertebat. ⁊ ſibi con-
tradicere nō audebant. Nunq̄ legimus q̄ xp̄s tā-
tam vindictam manu exercuerit ſicut hic. Multa
eñ opprobria ſepe audiuit: multas iniurias ſuſti-
nuit. ⁊ nunq̄ vindictā fecit vt modo. Et rō huius
eſt. q̄ illic alie iniurie erant ꝓprie. ⁊ ideo eas nolu-
it vindicare. Iſta aūt erat iniuria patris. ⁊ ideo eā
taz ſeuere vindicauit vt doceret nos q̄ iniurias no
ſtras debemꝰ remittere. iniurias v̄o dei ſeuere vin
dicare. Nos v̄o ecōtrario faciamus. q̄ de iniurijs
dei non curamus ⁊ noſtras implacabiliter pſequi
mur. ¶ Eijciēte aūt xp̄o de templo oues ⁊ boues
dixit verbum qd̄ ſupra poſitū eſt. ſ. Domus mea
domus orōnis vocabit. Ex hoc verbo habet q̄ ec
cleſia dei ad duplex officium edificat. ſ. deo ad in-
habitandū. ⁊ homini ad orandū. Ideo ſubdit. Do
mus orōnis vocabit. Eſt igit eccleſia domus dei.
q̄ in ipſa habitat. iuxta illud. ij. Paral. vij. Elegi ⁊
ſanctificaui domū iſtam vt ſit ibi nomen meum in
ſempiternū. ⁊ pmaneant oculi mei et cor meū ibi
cunctis diebus ⁊ aures mee erecte erunt ad oratio
nem eius qui in iſto loco adorauerit. Ex quibus
verbis habet q̄ dñs in eccleſia poſuit nomen ſuuz
cor ſuum. ⁊ oculos ſuos ⁊ aures ſuas. Nomen eñ
ſuū ibi poſuit. q̄ a ſeipſo eaz nominari voluit. Si
cut eñ domus in qua habitant ſupbi pōt dici do-
mus luciferi: ⁊ domus in qua habitāt vſurarij do-
mus mammone: ⁊ domus in qua habitāt immū-
di pōt dici domus aſmodei. ⁊ taberna poteſt voca
ri domus beelzebub. q̄ ꝓpter multitudinē epula
rum ibi cōuenit multitudo muſcarū. Sic domus
in q̄ cōueniūt fideles dicit domus dei. Vñ Gen.
xxviij. Nō eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi
¶ Scdo in eccleſia poſuit deus cor ſuū. id eſt amo
rem ſuum. Et ideo multū ꝓ malo habet qñ ibi ali
quis aliqua illicita exercet. ſicut patet hic qñ de tē
plo vendentes ⁊ ementes eiecit. Legit in hyſtoria
q̄ pompeius porticū dei templi in ſtabulū conuer
tit equorū ſuorum. ⁊ q̄ vſq̄ ad tp̄s illud ſemp fuit
victor hoſtium. A tempore aūt illo ſemp ab hoſti-
bus vincebat. ¶ Tercio i eccleſia poſuit deus ocu
los ſuos vt videret ibi genuflectiones. elemoſyna
rum largitōes. ⁊ alia opera deuota. Sed heu in il
lis quidē nunc tp̄is videt deus ornamēta indecen
tia pompas et vanitates ⁊c̄. Vnde Amb. Qui in
orōne vult exaudiri amota a ſe pompa inclinare ſe
debet ⁊ dei miſcōiam ꝓuocet. habitus nanq̄ ſup-
bus nec impetrat. nec d̄ ſe recte credi facit. Et quā
to magis hoībus mulier ſplendeſcere videt. tanto
magis a deo deſpicit ⁊ tanto minus orō eius acce
ptat. Legit Heſter. xv. q̄ cum regina heſter ſe or-
naſſet ⁊ pinxiſſet vt regi aſſuero placeret. ipſa ex eo
regem in iram conuertit. ſed colore roſeo in pallo-
rem conuerſo ipm placauit. Sic etiā mulier quā-
do vultum ſuū depingit deum offendit. Sed qñ d̄
vultu ſuo nihil curat deū placat. ¶ Quarto deus
in eccleſia poſuit aures ſuas quibus audit oratio
nes deuotorū. iuxta illud Iſa. xxxviij. Audiui orō
nem tuā ⁊ vidi lachrymas tuas ⁊c̄. quibus auribꝰ
deus etiā audit verba indeuotorum. Vnde legit
de ſancto Cyro ianuēſi epiſcopo. q̄ ſemel in eccle-
ſia cōſiſtens in riſum eſt ꝓuocatus: aſſerens ſe vi-
diſſe demonē qui in eccleſia verba loquētiū deſcri
bebat. Tunc cum cartha deficeret. ⁊ ille cum den-
tibus elongare vellet: cartha ſubito fracta fuit. ⁊ il
le cum capite ad murū pcuſſit vt ſonitus pcuſſio-
nis ⁊ vulnus capitis ſequeret. Audit etiā deus il-
los clericos ⁊ monachos qui negligēter cantant ⁊
pſalmos ⁊ verſus ⁊ dictiones multas obmittunt.
Legit q̄ quidā ſanctus homo vidit quendā demo
nem nomine tytiuillum p ſedes monachorum diſ
ſcurrentē. qui videbat aliqua colligere ⁊ in vaſcu-
lo ſiue in ſacculo recondere. qui a ſctō viro adiura
tus dixit ſe colligere obmiſſiones pſalmoꝝ. ⁊ qua
liber die mille vicibus ſacculū adimplere. Vñ qui
dam de hoc fecit verſus. Fragmina pſalmorū ty-
tiuillus colligit horum. Quaq̄ die mille vicibus
ſarcinat ille. Scdo conſtructa eſt eccleſia ad oran
dum. Deus eñ orōnes fidelium in eccleſia libent
exaudit. Vnde dicit. ij. Paral. vj. Quicūq̄ orauer-
erit in loco iſto exaudi de habitaculo tuo. Dicit
tñ Beda q̄ tribus de cauſis cōtingit orōnes nō ex
audiri. Primo qñ petimus etiā ea q̄ nō decēt nos
accipe. vt tpalia. Vñ Chriſ. Illa pete a dño que ti
bi expediāt accipe ⁊ illū deceat dare. Si aūt terre-
na pet; aut difficulter impetras aut forte nō. Qm̄
aūt decet eū tibi illa dare q̄ nō habet ⁊ tu habens
ea cōtemnis. Legit in fabulis poetarum q̄ Iuda
rex petijt ab appolline deo ſuo vt quicquid tange
ret aurū fieret. ⁊ cōceſſum eſt ei. Dum igit cibū vel
potū manibus vel labijs tangeret ſtatim vertebat
in aurū: ⁊ ſic fame mortuus eſt. Per qd̄ dat intel-
ligi q̄ auarus ſemp diuitias deſiderat. ⁊ ille ſunt ſi
bi cauſa mortis. iuxta illd̄. j. Thim. vj. Qui volūt
diuites fieri incidūt in tētationē ⁊c̄. ⁊ ſequit. Que
mergūt hoīes in interitū. ¶ Scdo orōnes non ex
audiunt qñ petimus indigni. i. exiſtētes in aliqua
culpa ſiue in aliq̄ crimine. Iſa. j. Cum multiplica
ueritis orōnes non exaudiam. manus eñ vr̄e ſan
guine plene ſūt. Treñ. iij. Oppoſuiſti nubem tibi
ne tranſiret orō. Zach. v. Miſit angelus maſſam
plumbi in os amphore ⁊ dixit. Hec eſt iniq̄tas ⁊c̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus nanque ſuperbus nec impetrat, nec de ſe recte credi fa-
cit. Et quanto magis hominibus mulier ſplendeſcere vide-
tur: tanto magis à deo deſpicitur, & tanto minus oratio e-
ius acceptatur. Legitur Heſter. 15. ꝙ cum regina Heſter ſe
ornaſſet & pinxiſſet vt regi Aſuero placeret: ipſa ex eo re-
gem in iram conuertit: ſed colore roſeo in pallorem con-
uerſo ipſum placauit. Sic etiam mulier quãdo vultum ſuũ
depingit deum offendit. Sed quãdo de vultu ſuo nihil curat
deum placat. Quarto deus in eccleſia poſuit aures ſuas
quibus audit orationes deuotorũ, iuxta illud Eſa. 38. Audi-
ui orationẽ tuã & vidi lachrymas tuas &c. quibus auribus
deus etiã audit verba indeuotorũ. Vnde legitur de S. Cyril
lo Ianuẽſi epiſcopo, ꝙ ſemel in eccleſia cõſiſtens in riſum
eſt prouocatus: aſſerens ſe vidiſſe dæmonem qui in eccle-
ſia verba loquẽtium deſcribebat. Tunc cũ cartha deficeret
& ille cũ dentibus elõgare vellet: cartha ſubito fracta fuit,
& ille cũ capite ad murũ percuſsit, vt ſonitus percuſſionis
& vulnus capitis ſequeretur. Audit etiã deus illos clericos
& monachos qui negligẽter cantant & pſalmos & verſus
& dictiones multas emittunt. Legitur quòd quidã ſanctus
homo vidit quendam dæmonẽ nomine Tytinillum per ſe-
des monachorum diſcurrentẽ: qui videbat aliqua collige-
re & in vaſculo ſiue in ſacculo recõdere: qui à ſancto viro
adiuratus dixit ſe colligere ommiſſiones pſalmorũ, & qua-
libet die mille vicibus ſacculum adimplere. Vnde quidam
de hoc fecit verſus:

Fragmina pſalmorum Tytinillus colligit horum:
Quaque die mille vicibus ſarcinat ille.

Secundo cõſtructa eſt eccleſia ad orandum. Deus enim o-
rationes fideliũ in eccleſia libẽter exaudit. Vnde dicitur 2.
Paral. 6. Quicũq; orauerit in loco iſto exaudi de habitacu-
lo tuo. Dicit tamẽ Będa ꝙ tribus de cauſis cõtingit oratio-
nes non exaudiri. Primo quando petimus ea quæ non de-
cet nos accipere: vt temporalia. Vnde Chryſ. Illa pete à do
mino quæ tibi expediat accipere, & illum deceat dare. Si
autẽ terrena petis aut difficulter impetras, aut forte non.
Quomodo autẽ decet eũ tibi illa dare quę nõ habet, & tu
habẽs ea cõtẽnis Legitur in fabulis poëtarũ ꝙ Iuda rex pe
tiit ab Appolline deo ſuo, vt quicquid tãgeret aurũ fieret,
& cõceſſum eſt ei. Cum igitur cibum vel potum manibus
vel

Edición París, 1555